

tenus et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Proinde, dilecte in domino fili Adelberte abbas, tuis rationabilibus postulationibus gratum prebemus assen|sum<sup>e)</sup> (det, ut in<sup>d)</sup> Portuensi cenobio, cui deo auctore preesse<sup>e)</sup> dinosceris, monasticus ordo, qui secundum beati Benedicti regulam et normam Cisterciensium fratrum inibi noscitur institutus, perpetuis | futuris temporibus inviolabiliter conservetur, presenti scripto sancimus. Confirmamus etiam concambium a venerabili fratre nostro Vdone Niuemburgensi episcopo tecum et cum fratribus tuis rationabiliter factum, videlicet | Portuensem locum cum suis omnibus appendiciis pro Zmolensi loco, in quo prius eratis domino servientes, ab eodem episcopo concambii titulo vobis collatum, ita tamen, ut idem Zmolensis locus cum suis omnibus appendiciis iurisdictioni<sup>d)</sup> et | usui prefati cedat episcopi. Statuimus insuper, ut quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et rationabiliter possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione re|gum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata consistant. In<sup>g)</sup> quibus ista propriis duximus nominibus annotanda: gran|giam in Lohhewice, grangiam in Cusne cum omnibus earum appendiciis et decimationibus, quinque mansos in Rostewice, molendinum cum aque decursu. Portionem quoque silve a prefato fratre nostro episcopo vestro | cenobio collatam et propriis terminis designatam vobis nichilominus roboramus. Usus piscationis seu aliarum consuetudinum in fluvio Sale iuxta possessionem vestri cenobii fluentis a predicto fratre nostro episcopo | vobis donatum absque alicuius contradictione vos habere decernimus. Ut autem quietius omnipotenti domino servire possitis, presenti scripto duximus inhibendum, ut nullus clericus, nullus laicus infra terminos vestros | venationibus audeat vacare<sup>h)</sup> aut nugis consimilibus operam dare. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prenominatum cenobium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minulere aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva nimirum diocesani episcopi | debita reverentia. Si qua igitur in posterum eccllesiastica se|cularisve persona hanc nostrę constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temp|taverit, secundo terciove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque<sup>i)</sup> sui<sup>j)</sup> dignitate careat reamque se divino iudicio<sup>d)</sup> existere de | perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni sub|iaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonę actionis

4. c) *Rechter Schaft des u und nachfolgendes m auf Rasur (0,3 cm): Korrektur von erster Hand mit derselben Tinte A.*  
 d) *Auf Rasur (0,9 cm): Korrektur von erster Hand mit derselben Tinte A.*  
 e) *Zweites e: Vermutlich langes s von erster Hand durch Rasur und mit derselben Tinte zu e korrigiert A.*  
 f) *sic A.*  
 g) *i zu l verbessert: Korrektur von erster Hand mit derselben Tinte A.*  
 h) *e teilweise auf Rasur (0,4 cm): Korrektur von erster Hand mit derselben Tinte A.*  
 i) *potestatis durch teilweise Rasur der gedehnten st-Ligatur sowie durch Rasur von nachfolgendem atis zu potestatis honorisque verbessert: Korrektur von erster Hand mit derselben Tinte A.*  
 j) *i auf Rasur (0,3 cm): Korrektur von erster Hand mit derselben Tinte A.*